



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De vana obseruantia c. 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

De Vana obseruantia. Cap. 16.

VAna obseruantia est quarta superstitionis species, in qua Dæmon tacitè inuocatur, cū in ea media assumuntur, quæ vim nō habent ad tales effectus. Huius quatuor sunt species prima est Ars notoria, quæ continet orationes quasdam & ieiunia ad scientiam consequendā, & est peccatum mortale. Alia est obseruantia sanitarum, quando vana & inutilia media assumunt ad tales effectus, vt qui quibusdam orationibus sanant dolorem capitis, aut retinēt sanguinis fluxum, &c. In quibus vtuntur verbis non significatiuis, sed vt plurimum ridiculis, quæ si ex ignorantia procedant, peccatum est veniale, si consultò fiant, mortale. Cum vero huiusmodi orationes nullam habent malam circumstantiam

& ex deuotione dicantur, etsi in ea re non peccetur, melius tamen est ab illis abstinere, & sufficit à Sacerdote recitari Euangelium vel orationem aliquam Ecclesiæ, ex deuotione. Ad hanc reducitur herbarum collectio in die Ascensionis Domini. S. Ioan. Baptistæ, ante solis ortum, & vsus Carlini in Die Parasceue primò collecti. *Tertia est futurorum euentuum collectio ex rerum impertinētium obseruatione. * Quarta reliquiarum, cum nimirum vanæ portantur, aut veræ cum aliqua circumstantia vana: vt puta, quod Euangelium scriptum deferatur in carta virginea. Vltima species est Maleficium, quod est * ars nocēdi aliis, Dæmonis potestate: & est duplex, amatorium, ad libidinem hominum animos alliciens: & veneficum, quo vel personis, vel rebus ipsarum nocent, incitando ventos, grandines, &c. Maleficus au

tem circa quatuor est interrogan-
 dus à confessario, in quibus graui-
 ter peccare contingit. * Primo de
 pacto quod pepigit cum Damo-
 ne. * Secundo, an aliquem errorem
 habeat contra fidem. * Tertio, qua-
 le maleficium fecerit, & an in eo
 adhibuerit res, aut verba sacra, &
 crediderit vim illis inesse ad tales
 effectus. Quarto, de damno quod
 fecit in rebus & personis, an fuerit
 mors, vel aliud, restitutione resar-
 ciendum. Maleficium maleficio
 tollere, non modo non licet, sed
 nec petere à maleficio ut eo modo
 tollat, tollendum ergo est oratio-
 nibus, Sanctorum inuocatione, &
 aliis id genus operibus pietatis.

*Quid Votum, eius obligatio, at-
 que materia. Cap. 17.*

Votum est* deliberata pro-
 missio, ex voluntatis pro-
 posito, Deo facta, In qua